

VÍCTOR FARIAS ZURITA\*

*NUEVOS DOCUMENTOS PARA LA HISTORIA DE UNA  
VILLA DE LA CATALUÑA VIEJA: GRANOLLERS 1288-1291*

ABSTRACT

*The aim of the present paper is to offer to historians of medieval towns an edition of some unknown documents specifically related to the villa of Granollers (Catalonia) but relevant for the comprehension of the medieval process of small scale urbanisation in a Mediterranean region.*

La villa Granollers, junto a sus instituciones, como el mercado, pertenecieron en sus inicios en el siglo XI al señorío del obispo de Barcelona. Este señorío aún se mantenía en el año 1252 cuando el obispo Arnau de Gurb aprobó unas *franchitudines et immunitates* a favor de los habitantes de la villa.<sup>1</sup> Sin embargo, en los dos últimos decenios del siglo XIII la titularidad del señorío sobre el mercado y la villa de Granollers experimentó importantes cambios, cuando una buena parte de los derechos asociados a este señorío fueron adquiridos por Pere Marquès, un notario real (*notarius domini regis*) de Barcelona, que el año 1287 había adquirido de Ramon de Cabrera el cercano castillo de la Roca del Vallès.<sup>2</sup> Los pergaminos y las notas de los registros de la cancillería real conservados en el Archivo de la Corona

\* Universitat Pompeu Fabra. Barcelona

1 Estas *franchitudines et immunitates* han sido editadas por J. M. FONT RIUS, *Cartas de población y franquicia de Cataluña*, Madrid 1969-1983, 1, doc. 297.

2 Cf. F. CARRERAS CANDI, *Lo castell de la Roca del Vallès. Estudi historich documental*, Barcelona 1895, 26-29. Por lo que se deduce de la documentación conservada en los fondos de Cancillería del Archivo de la Corona de Aragón, Pere Marquès fue un personaje importante de la administración real de Pedro el Grande y Alfonso el Liberal. Sobre sus diversas actividades, pero, nos falta un estudio monográfico. Para apuntes cf. P. ORTI GOST, *Renda i fiscalitat en una ciutat medieval: Barcelona, segles XII-XIV*, Barcelona 2000, a partir del índice.

de Aragón y generados por estos cambios resultan de gran importancia para el conocimiento no sólo de la historia de la villa de Granollers en particular, sino de la historia de las villas de la Cataluña Vieja en general, un tema al que la historiografía de este país últimamente ha dedicado la atención que merecía.<sup>3</sup> Esta doble circunstancia ha motivado la presente edición de los documentos en cuestión, previa una breve presentación de los hechos a los que se refieren.

## 1. EL MERCADO

Para el año 1288 nos consta que el notario real Pere Marquès había comprado en fecha no determinada a Pere de Montornés los derechos que éste tenía sobre el mercado de la villa de Granollers, concretamente los *mesuratges*, incluyendo la facultad de castigar cualquier fraude a la hora de utilizar las medidas propias de la villa.<sup>4</sup> Los derechos de Pere de Montornés sobre el mercado habían sido cuestionados en su día por el rey Pedro el Grande. Pero una sentencia judicial posterior, pronunciada por el juez de la corte (*iudex curie*), Ramon de Toilà, acabó por confirmar los derechos de Pere de Montornés. Sin embargo, los oficiales del rey, sobre todo el veguer del Vallès, no se mostraron dispuestos a aceptar la sentencia, tampoco después de haber sido comprados dichos derechos por Pere Marquès. Por ello, el 1 de octubre de 1288 el rey Alfonso el Liberal se vio obligado a ordenar a su veguer del Vallès la ejecución de dicha sentencia.<sup>5</sup> Para precisar con exactitud el alcance de estos derechos, por otra parte, Pere Marquès solicitó el interrogatorio de una serie de testigos, cuyos testimonios se pusieron por escrito el 1 de octubre de 1288, por el notario Bartomeu de Sanaüja, a requerimiento de Pere de Noguera, canónigo de Barcelona, y de Pere Marquès.<sup>6</sup> El 12 de mayo de 1290, por último, el monarca mandó a su veguer de Barcelona, Guillem de Torre, que hiciera cesar los atentados que los oficiales de la veguería del Vallès habían venido realizando contra los derechos sobre el mercado de la villa de Granollers que la sentencia de Ramon de Toilà había atribuido a Pere de Montornés y de los que ahora era titular Pere Marquès.<sup>7</sup>

3 V. FARIÁS ZURITA, "Las vilas de la región catalana en los siglos XI-XIV. Propuestas para el estudio del hecho urbano medieval", *Les sociétés méridionales à l'âge féodal (Espagne, Italie et sud de la France X-XIII<sup>e</sup> siècles)*. *Hommage à Pierre Bonnassie*, ed. H. DEBAX, Toulouse 1999, 185-190. Cf. además *Les vilas catalanes entre els segles XII i XIV: senyoria, comunitat i estructures fiscals*, en vías de publicación.

4 Según CARRERAS CANDI, *Castell*, 26-29, Pere Marquès había comprado por 7.000 sueldos los derechos que Pere de Montornés tenía en el mercado de Granollers.

5 ACA / Cancillería, Registro 75, fol. 61.

6 ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 241.

7 ACA / Cancillería, Registro 81, fol. 97v.

## 2. LA VILLA

El 3 de mayo de 1291, una vez que parece concluido el pleito por los derechos sobre el mercado de Granollers, se puso por escrito un acuerdo entre el obispo de Barcelona, Bernat Pelegrí, y Pere Marquès. Este acuerdo se presenta como un *stabilimentum*, un contrato regido por el *ius emphiteoticum*, en virtud del cual el obispo otorgó al notario de forma perpetua *totam iurisdictionem y dominacionem in villa de Granullariis et terminis et pertinenciis eiusdem et in omnibus hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis*.<sup>8</sup> Pere Marquès prometió ejercer correctamente esta jurisdicción y pagar un censo anual de una marca de plata. Además prometió prestar homenaje *ore et manibus* y defender junto a los habitantes de la villa los bienes que el diocesano tuviera *iure episcopali*, siempre en los límites de la diócesis y cuando fueran requeridos por el obispo. Para el 3 de junio del año 1291 se ha conservado otro instrumento en virtud del cual Pere Marquès confirmaba la existencia del *contractu stabilimenti* de mayo. La finalidad de este nuevo instrumento era clarificar dos cuestiones que no habían sido consideradas en el instrumento del mes de mayo. La primera de estas cuestiones se refería a la *questia*, estableciéndose que el obispo y sus sucesores *possitis hominibus et feminis dicte ville facere questiam quocius ipsam facietis aliis hominibus vestris aliorum locorum vestrorum diocesis vestre Barchinone*; Pere y sus sucesores quedaban obligados *ipsam questiam dicte ville levare, colligere et recipere sive facere levari, colligi et recipi nostris sumptibus. Et quod ipsam questiam sive denarios eiusdem tradamus et solvamus vobis et successoribus vestris bene et fideliter*. De las sumas de la *questia* podría retener Pere Marquès la mitad. La segunda de las cuestiones se refería a las *caloniis et omnibus aliis esdevenimentis sive proventibus qui provenient michi vel meis ratione iurisdictionis, tam de dicta villa et parrochia et terminis eiusdem*. El instrumento fijaba que de estos ingresos derivados de la administración de justicia corresponderían a Pere tres partes y al obispo una parte, que Pere le pagaría anualmente en el mes de mayo.<sup>9</sup> El 8 de junio Pere Marquès acudió a Granollers y, congregados los habitantes de la villa por el pregón en la iglesia parroquial de Sant Esteve, hizo leer a los presentes una misiva del obispo en la que éste informaba a los habitantes que ha cedido al notario real el *dominium ac iurisdictionem et alia iura nostra*. En virtud de ello, el obispo les ordenaba que obedecieran a Pere, que le prestaran homenaje y que respondieran ante él tal como habían respondido anteriormente a su propia persona. En vista de que Pere había prestado homenaje al obispo, éste absolvía los habitantes del homenaje que le habían prestado antaño, salvando, pero, *nostro directo dominio et iure et senioratico quod nobis retinuimus et salvavimus in stabilimento seu con-*

8 ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 426.

9 ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 437.

*cessione*. En el caso que el *ius emphiteoticum aliquo casu rediret ad ecclesiam*, los habitantes estarían obligados al obispo y la catedral por *illo homagio et illa fidelitate quo et qua nobis hodie tenemini*. Atendiendo a la misiva episcopal, los habitantes de Granollers, habiendo deliberado entre ellos, prestaron *homagium ore et manibus* a Pere Marquès *secundum consuetudinem Barchinone*. El instrumento que recoge el acto viene signado por 56 individuos, además del veguer Berenguer de Sant Vicenç.<sup>10</sup> Cinco días más tarde, el 13 de junio, el nuevo *dominus* de la villa otorgaba a los habitantes una serie de concesiones de diversa índole, acompañadas de una confirmación, realizada con el consentimiento del obispo Bernat, de las *promissiones, concessiones, libertates, franquitates et privilegia* que les había otorgado el obispo Arnau el 5 de diciembre de 1252.<sup>11</sup> El señorío que de esta manera llegó a ejercer el notario real revela unos rasgos ciertamente originales. No estamos ante una alienación propiamente dicha, sino ante una cesión por parte del obispo de *dominium, iurisdictio* y *iura* realizada según las normas propias del *ius emphiteoticum*. El recurso a este *ius* evitó una pérdida definitiva de la villa, al permitir al obispo retener un *directum dominium ... in stabilimento seu concessione*.

Definido en términos enfitéuticos, el dominio cedido al notario real, sin embargo, distaba de estar asegurado en junio de 1291. Así, al mismo tiempo que Pere Marquès recibía la villa del obispo y se hacía reconocer sus derechos por los habitantes de la misma, se desarrollaban unas negociaciones para determinar las facultades jurisdiccionales que, como sucesor del obispo de Barcelona, ejercería sobre la misma y su entorno. La cuestión, como veremos, tenía su importancia porque el alcance de estas facultades había quedado seriamente limitado por las usurpaciones de los oficiales reales realizadas a costa del señorío episcopal. Un instrumento que recoge estas negociaciones nos informa que el 5 de junio Pere Marquès presentó ante notario una misiva del rey Alfonso II datada el 4 de junio y dirigida al veguer del Vallès, Berenguer de Sant Vicenç, por la cual el monarca encomendaba a su oficial la defensa de los derechos adquiridos por Pere Marquès. A raíz de esta misiva y a requerimiento de Pere, el veguer inició una investigación *ut possit sciri veritas que iura episcopus Barchinone et sui predecessores habent et consueverunt recipere et habere in dicto loco*. De entrada, el veguer prometió estar dispuesto a cumplir con el mandato real y proteger los derechos del notario. La investigación propiamente dicha se centró en el intento de Pere de demostrar *quod tempore vite domini Iacobi, regis Aragonum, quondam, et post mortem eius usque ad tempus domini regis Petri, filii dicti domini regis Iacobi, episcopus Barchinone, qui illi temporibus fuerat, habebat et consuevit habere in hominibus et feminis ville Granullariorum et*

10 ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 440.

11 ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 442 (ACA / Cancillería, Pergaminos Jaume II, 133).

*eiusdem parrochie omnem iurisdictionem civilem et criminalem, preter penam mortis et mutilacionem manuum atque peduum; pero que postquam dominus rex Petrus regnavit, quod episcopus, qui pro tempore fuerat, fuit eiectus de possessione vel quasi civilis et criminalis dicte iurisdictionis per oficiales dicti domini regis et specialiter per Guillelmum de Turri, tunc vicarium Vallensi, et per tenentem locum eius in dicta vicaria.* La recepción y declaración de los testimonios se realizó entre el 28 de junio y el 7 de julio, y éstos confirmaron la declaración de Pere Marquès, según la cual el obispo había sido titular de la jurisdicción civil y criminal. Como sucesor del obispo en el dominio, el notario podría ejercer, por lo tanto, estas facultades y exigir que se observara el mandato real del 5 de junio.<sup>12</sup>

Concluida de esta manera la investigación vicarial, el 30 de julio Pere Marquès volvió a presentarse ante el obispo para hacerse confirmar por éste el *stabilimentum* de los *iura* que tenía en la villa de Granollers. El instrumento tiene su interés, porque por vez primera el obispo es llevado a declarar las razones del *stabilimentum*. La alienación en sí se realizó por la escasa capacidad del obispo de defender la villa frente a las agresiones de los señores vecinos: *quod dictus locus seu villa de Granullariis est inter milites quodam modo rebelles et qui usurpant et usurpare intendunt iura episcopalia, contra quos non poterant in quantum eis expediebat deffendi per ecclesiam Barchinone.*<sup>13</sup> La elección de Pere Marquès se explica indicando el hecho que el notario ya poseía desde años de diversos derechos en la villa y, sobre todo, las posibilidades militares de las que éste disponía para asegurar la villa frente a dichas agresiones: *habet castra et loca iuxta dictam villam et posse defendendi dictum locum cum multitudine hominum suorum circumstantium dicte ville.* El 27 de agosto de 1291, por último, el rey Alfonso se dirigió a sus veyuers de Barcelona y del Vallès para informarles del *stabilimentum* realizado por el obispo de Barcelona a favor de Pere Marquès y les mandó que hicieran respetar los derechos de los que ahora era titular el notario real.<sup>14</sup>

12 ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 438.

13 ACA / Cancillería, Pergaminos Jaime II, 10.

14 ACA / Cancillería, Registro 90, fol. 11.

## ANEXOS

1. *El rey Alfonso el Liberal manda a su veguer del Vallès ejecutar la sentencia pronunciada por el juez de la corte, Ramon de Toilà, en la causa de la jurisdicción sobre el mercado de la villa de Granollers. ACA / Cancillería, Registro 75, fol. 61v. 1288 mayo 10.*

Vicario Vallensis et fidelibus suis universis aliis officialibus ad quos presentes pervenerint. Quod Raymundus de Tohilano, iudex curie nostre ex delegatione seu commissione illustrissimi domini Petri, *et cetera*, patris nostri, tulerit sententiam in causa que erat inter Petrum de Monte Tornesio, ex una parte, et dictum dominum patrem nostrum, seu Iacobum de Monte Ludayco, procuratorem suum, ex altera, super spoliacione iurisdictionis mercati Granullariorum et iusticiarum, malefactorum universorum in die mercati in dicto loco de Granollers. Mandamus vobis quatenus eandem sententiam observetis et observari faciatis et in aliquo non infringatis. Immo permitatis dilectum notarium nostrum Petrum Marchesii et suos, qui in loco dicti Petri de Monte Tornesio ex causa empicionis successit, ut predicta iurisdictione, scilicet, ponderandi panem et recognoscendi mensuras vini et olei et generaliter omnes alias mensuras et pondera in ipso mercato et in domibus ipsius ville die mercati et puniendo habentes falsa pondera et mensuras et puniendi etiam comittentes furta vel alia levia crimina in die mercati, scilicet, ab hora vespertina diei mercurii usque post celebrationem missarum in die veneris, scilicet, ponendi ipsos fures in costello et signando in fronte et auferendi aures et fustigandi per villam, poniendi pena peccuniaria et cognoscendi et iudicandi de predictis criminibus ac etiam puniendi. Mandantes vobis nichilominus quatenus predicta omnia et singula et contenta in dicta sententia iuxta presentem declarationem nostram observetis et observari faciatis et non contraveniatis nec aliquem contravenire permitatis aliqua racione. Datum Barchinone VI<sup>o</sup> idus marcii. Petrus M[arci].

2. *Testimonios recibidos por Bartomeu de Sanaiüja, notario público de Barcelona, por mandato de Pere de Noguera, canónigo de Barcelona, y per requerimiento de Pere Marquès, notario del rey. ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 241. 1288 octubre 1.*

¶ Iohannes de Terraciola, homo Petri de Monte Tornesio iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit se vidisse quod pater et avus Petri de Monte Tornesio ponderaverunt et ponderari fecerunt panem in domo Raimundi Durche, flacherie, in quibus domibus hodie moratur en Prat et Simona, uxor eius. Interrogatus si hic testis vidit quod invenirent panem minus iustum quando ipsi ponderabant ipsum, et dixit quod vidit quod invenerunt multas placentas minus iustas et naccias et quod pater huius testis fregit eas placentas. Interrogatus quociens vidit, et dixit

quod bis vel ter. Interrogatus in quibus domibus vidit, et dixit quod non recordatur nisi de illa flacheria quam superius nominavit. Interrogatus quot anni sunt elapsi, dixit quod quadraginta quinque et ultra. Interrogatus si Petrus de Monte Tornesio nunc agens ponderavit aliquo tempore in domibus ville de Granoyers, dixit quod non quod ipse viderit. Interrogatus si Petrus de Monte Tornesio vel pater suus consueverunt recognoscere mensuras vini quod venditur in domibus ville Granullariorum, dixit quod sic. Interrogatus ubi vidit, dixit quod in domo de na Mascorda que in die iovis II d [...] plusquam consuevit ipsum vinum. Interrogatus si fuerunt invente minus iuste ipse mesure, et dixit quod sic. Et pater Petri de Monte Tornesio fregit eas. Interrogatus si iste Petrus qui nunc est recognovit aliquo tempore mensuras antedictas, dixit quod non. ¶ Ferrarius des Gatello, de Monte Tornesio, iuratus et interrogatus, dixit quod quadraginta anni sunt et ultra quod ipse vidit quod Berengarius de Monte Tornesio, pater istius Petri de Monte Tornesio, ponderavit panem in domo de na Margensa, flacherie, et hoc fecit in die mercati. Interrogatus si fuerunt invente placente minus iuste, et dixit quod sic et quod leudarii deportaverunt eas secum. Interrogatus quot erant placente, dixit se non recordari. Interrogatus qui erant presentes, et dixit quod en Cami, qui erat leudarius, et hic testis veniebat cum eo. Interrogatus si vidit recognosci mensuras vini quod vendebatur in domibus Granullariorum, dixit quod sic. Interrogatus in quibus domibus, dixit quod in domibus de na Margens. Interrogatus quis recognovit, respondit quod Berengarius de Monte Tornesio et leudarii. Interrogatus si vinum erat in magnis vegetibus vel in parvis, dixit quod in una bota parva. Interrogatus si hic testis est homo Petri de Monte Tornesio, dixit quod ratione empcionis quam hoc anno fecerunt Galcerandus de Rosanis et Petrus de Monte Tornesio a Berengario de Entensa de castro de Montornes credit quod sit homo dicti Petri, alias consueverat esse dicti Berengarii de Entensa. Interrogatus si iste Petrus ponderavit panem vel recognovit mensuras vini aliquo tempore in domibus ville de Granoyers, dixit quod non quod ipse sciverit vel viderit. Interrogatus si vidit recognosci mensuras vini vel ponderari panem in aliis domibus, dixit quod non. ¶ Bernardus de Pinu, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit se vidisse quod Berengarius de Monte Tornesio, pater istius Petri, ponderavit et ponderari fecit panem in domo Petri Fornerii et uxoris sue, que erat flacaria, et in domo den Serradel et in domo den Tio et in domo de na Tiona, que erat flacaria, et in domo den Iulia et de na Iuliana. Interrogatus quo modo scit hic testis premissa, et dixit pro eo quia hic testis erat baiulus Bernardi de Scintillis et domini episcopi et sic existens in die mercati in villa Granullariorum vidit premissa. Interrogatus si invenerunt panem minus iustum tunc quando ponderabant, et dixit quod sic et quod portabant secum leudarii, scilicet, en Cami, lezdarius. Super secundo articulo interrogatus, dixit se vidisse quod mesure vini quod vendebatur in Granoyers recognoscebat pater istius Petri. Interrogatus in quibus domibus, dixit quod in domibus Bernardi Fornerii et den Iulia et de na Iuliana. Interrogatus quot anni sunt

elapsi quod vidit premissa, et dixit quod a XXXta annis citra vidit premissa. Interrogatus si hic Petrus de Monte Tornesio ponderavit panem vel recognovit mensuram vini in domibus, dixit quod non quod ipse viderit. ¶ Petrus de Amicdalo, civis Barchinone, iuratus et interrogatus super primo et secundo articulo, dixit se vidisse quod Caminus et Petrus de Avellano erant leudarii Berengarii de Monte Tornesio et vidit quod nomine ipsius Berengarii, ut dicebant, ponderabant panem et reconoscebant mensuras vini in domo Bernardi Fornerii. De aliis domibus non vidit nec audivit. Dixit etiam quod vidit intrare eos in aliis domibus, ut credit, causa ponderandi panem et recognoscendi mensuras vini. Interrogatus a quo tempore citra vidit premissam, dixit quod XXX<sup>a</sup> V anni sunt elapsi et amplius. Interrogatus si hic Petrus fecit ponderari panem vel recognosci mensuras vini in die mercati in domibus Granullariorum, dixit quod non quod ipse viderit nec sciverit. ¶ Bernardus de Pinu, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit quod Petrus de Monte Tornesio, quondam, avus Petri de Monte Tornesio, nunc agentis, faciebat ponderari in die mercati Granullariorum panes venales in domibus flachariarum residencium in villa Granullariorum. Interrogatus in quibus domibus vidit, dixit quod in domibus Raimunde Dorche, flacherie. Interrogatus qui erant cum dicto Petro de Monte Tornesio, dixit quod quidam qui vocabatur en Nom Deu, secundum quod credit firmiter. Interrogatus quantum tempus est quod vidit premissa, dixit quod bene sunt elapsi XXX<sup>a</sup> quinque anni. Dixit etiam quod recordatur quod tunc invenerunt ibi in dicta domo de na Raimunda Dorcha panem nacce et quod frangebant illum et dabant circumstantibus et etiam portaverunt secum apud Montem Tornesium de dicto pane. Super secundo articulo interrogato, dixit se audivisse dici a multis de quorum nominibus non recordatur quod antecessores Petri de Monte Tornesio nunc agentis faciebant mensurari vinum in Granolers. Interrogatus si audivit quod recognosceret dictas mensuras vini in mercato vel in domibus hominum de Granolers vinum vendencium, dixit quod non vidit nec audivit quod vinum venderetur apud Granolers nisi in domibus. Aliud nescit. ¶ Guillelmus de Semalucio, sagio curie baiuli Barchinone, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit ita esse verum ut in ipso articulo continetur, salvo quod non vidit quod iste Petrus de Monte Tornesio, qui nunc agit, ponderaret vel faceret ponderari. Interrogatus quomodo scit premissa, dixit quia ita vidit et presens fuit plures quando pater et avus dicti Petri faciebant ponderari panem in domibus ville de Granolers in diebus mercati ipsius ville. Interrogatus qui erant presentes secum, dixit quod en Someres Sceptor et multi alii de quorum nominibus non recordatur. Interrogatus quantum tempus fluxit ab illo tempore citra quo vidit premissa, dixit quod L<sup>a</sup> quinque anni sunt elapsi quod vidit premissa et etiam postea. Interrogatus in quorum domibus vidit, dixit quod in pluribus domibus de quorum nominibus non recordatur propter diuturnitatem temporis. Super secundo articulo interrogatus, dixit ita esse verum ut in ipso articulo continetur, excepto quod non vidit de Petro nunc agente quod ipse faceret recognosci mensuras vini



in domibus dicte ville. Super omnibus aliis super quibus fuit interrogatus in primo articulo. Interrogatus super secundo, dixit idem ut in primo. Aliud nescit. Sig+num Bartholomei de Sanahugia, notarii publici Barchinone, qui de mandato Petri de Nogera, canonici Barchinone, et de voluntate \et etiam irrequisicione/ Petri Marchesii, domini regis notarii, dicta testium supradictorum in formam publicam redegit et hec scripsit et clausit kalendas octobris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> octavo, cum litteris apponitis in linea conclusionis ubi dicitur *et etiam irrequisicione*.

3. *El rey Alfonso II manda a su veguer de Barcelona, Guillem de Torre, que haga cesar los atentados que los oficiales de la veguería del Vallès realizaban contra los derechos sobre el mercado de la villa de Granollers que la sentencia de Ramon de Toilà había atribuido a Pere Marquès. ACA / Cancillería, Registro 81, fol. 97v. 1290 mayo 12.*

Dilecto suo Guillelmo de Turre, vicario Barchinone, salutem et dilectionem. Intelleximus per dilectum notarium [nostru]m P[etrum] Ma[rchesii] quod] tenentes locum nostrum in vicaria Vallensis gravant ipsum indebite ac [i]niuriantur eidem super iuribus iurisdictione que ipse et predecores sui consueverunt habere et percipere in mercato Granullariorum contra cuiusdam sentencie late per Raimundum de Tuilano super restitutione facta Petro de Monte Tornesio, predecessori dicti P[etri], iurisdictione et iuribus dicti mercati q[.....] sentencia lata fuit per dictum Petrum ex delegatione inde f[acta] per dominum regem Petrum, inclite recordacionis, patrem nostrum. Quare mandamus quatenus non permitatis d[...], indebiter agravari vel sine iniuriam fieri super iuribus et iurisdictione dicti mercati, q[...], ten[....] supradicte immo manuteneatis et defendatis eundem super possessione ac perceptione iurisdictione predictorum contra quoslibet que velerit ipsum super predictis indebiter molestari. Datum ut supra.

4. *El obispo Bernat de Barcelona otorga en régimen de enfiteusis a Pere Marquès, notario del rey, la jurisdicción sobre la villa y el término de Granollers. ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 426. 1291 mayo 3. Hay del mismo documento y en el mismo fondo un traslado comprobado por Burd de Santa Coloma, veguer del Vallès, el 5 de agosto de 1321 y redactado por Berenguer de Sulsia, notario público de Granollers, el 20 de agosto del mismo año.*

In Dei nomine. Sit omnibus manifestum quod nos ffrater Bernardus, Dei gratia episcopus Barchinone, per nos et omnes successores nostros, damus et stabilimus vobis Petro Marchesii, notario domini regis, et vestris perpetuo totam iurisdictionem, dominium et omnia alia iura que iure episcopali habemus et habere

debemus, aliquo modo, in villa de Granullariis et terminis et pertinentiis eiusdem et in omnibus hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis. Ita quod vos et vestri, ratione huius nostre donationis et stabilimenti, habeatis et recipiatis firmita iuris. Et manuteneatis et defendatis in iure homines et feminas dicte ville et terminorum eiusdem et bona ipsorum. Et reddatis unicuique ius suum et exerceatis in dicta villa et terminis suis et hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis plenarie omnem iurisdictionem quam nos ibi habemus et habere debemus aliquo modo ad bonum et utilitatem hominum et feminarum dicte ville. Et exigatis et recipiatis omnia iura que ratione dominationis nobis ibi competunt et competere possunt et debent aliquo modo. Et pro censu predictorum omnium detis et solvatis vos et vestri nobis et successoribus nostris episcopis Barchinone quolibet anno, in kalendis mensis mayi, unam marcham argenti fini et recti ponderis. Et ultra dictum censum faciatis nobis et successoribus nostris, vos et heredes et successores vestri, homagium ore et manibus pro predictis. Preterea vos et vestri teneamini nos et successores nostros et bona nostra, que iure episcopali habemus et habebimus, cum predictis hominibus et feminis dicte ville et terminorum suorum, defendere infra nostram diocesim quandocumque a nobis vel a successoribus nostris fueritis requisiti. In hiis autem non proclametis neque faciatis vos vel vestri alium dominum nisi tantum nos et successores nostros episcopos Barchinone. Liceatque vobis et vestris post dies triginta, ex quo in nobis vel successoribus nostris episcopis Barchinone fatigam inveneritis, predicta omnia que vobis damus et stabilimus vendere et impignorare sive alienare vestro consimili et vestrorum. Salvo tamen semper censu, iure et dominio nostri et successorum nostrorum episcoporum Barchinone. Promittentes vobis per nos et omnes successores nostros quod hanc donationem et stabilimentum semper tenebimus et observabimus et in aliquo non contraveniemus cum hec facta sint ad bonum et utilitatem nostri et successorum nostrorum. Actum est hoc quinto nonas mayi, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Ego frater Bernardus, episcopus Barchinone, subscribo. Ego Hugo de Cardona, archidiaconus Barchinone, subscribo. Ego Raymundus de Nogra, precentor Barchinone, subscribo. Ego Poncius de Gualba, sacrista Maioricarum et canonicus Barchinone, subscribo. Ego Petrus de Spiellis, decanus Barchinone, subscribo. Ego Petrus Grunni, canonicus Barchinone, subscribo. Ego Poncius Raimundi, Barchinone canonicus, subscribo. Signum Bernardi de Vilario, Barchinone canonici. Ego Raimundus Borelli, canonicus Barchinone, subscribo. Ego Berengarius de Bossegays, canonicus Barchinone, subscribo. Ego Bertrandus de Molendinis, canonicus Barchinone, subscribo. Ego Iacobus de Olorda, Barchinone canonicus, subscribo. Ego Bernardus de Olorda, canonicus Barchinone, subscribo. Ego Petrus Mascaronis, canonicus Barchinone, subscribo et hec signum facio. Ego Eymericus Bos, canonicus Barchinone, subscribo. Ego Poncius de Figuerola, canonicus Barchinone, subscribo. Ego Dalmacius de Marimundo, canonicus Barchinone, subscribo. Ego Bernardus de Serriano subs-

cribo. Sig+num Petri Rosselli, Barchinone canonici, qui predicta laudo. Ego Michaelis de Palaciolo, canonicus Barchinone, subscribo. Ego Raimundus de Podiolo, canonicus Barchinone, subscribo. Testes huius rei sunt Bernardus Sure et Bernardus de Pirariis, presbiteri, et Raymundus de Galacho ac Bernardus de Fontechoperto. Sig+num Petri Marci, notarii publici Barchinone, qui, rogatus a dicto domino episcopo et a dicto Petro Marchesii, hoc instrumentum recepit et scribi fecit et clausit die et anno quo supra.

*5. Pere Marquès reconoce al obispo Bernat de Barcelona haber recibido la jurisdicción sobre la villa de Granollers y hace constar dos acuerdos posteriores relativos a la questia y a los réditos derivados de la administración de justicia. ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 437. 1291 junio 3.*

Sit omnibus notum quod ego Petrus Marchesii, notarius domini regis, confiteor et in veritate recognosco vobis domino fratri Bernardo, Dei gratia Barchinonensis episcopo, presenti, quod in contractu stabilimenti quod michi et meis perpetuo fecistis de tota iurisdiccione, dominio et aliis iuribus que iure episcopali habebatis et habere debebatis aliquo modo in villa de Granullariis et in parrochia, terminis, pertinentiis et iuribus eiusdem ville et in hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis, ad censum, scilicet, unius marche argenti singulis annis solvende in kalendis mensis madii, sicut de predicto contractu stabilimenti apparet per publicum instrumentum inde factum per Petrum Marci, notarium publicum Barchinone infra scriptum, fuit actum et condictum inter vos et me. Licet hoc in dicto instrumento facto de dicto stabilimento non contineatur quod vos et successores vestri episcopi Barchinone possitis hominibus et feminis dicte ville facere questiam quociens ipsam facietis aliis hominibus vestris aliorum locorum vestrorum diocesis vestre Barchinone. Et quod ego et successores mei teneamur ipsam questiam dicte ville levare, colligere et recipere sive facere levari, colligi et recepi nostris sumptibus. Et quod ipsam questiam sive denarios eiusdem tradamus et solvamus vobis et successoribus vestris bene et fideliter, salvo tamen quod de denariis ipsius questie habeamus ego et mei et retineamus et possimus nobis retinere medietatem integre. Item, fuit actum et condictum inter vos et me in contractu dicti stabilimenti quod de coloniis et omnibus aliis esdevenimentis sive proventibus qui provenient michi vel meis ratione iurisdiccione, tam de dicta villa et parrochia et terminis eiusdem et hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis, habeamus ego et mei tres partes, factis inde quatuor partibus, et quod residuam quartam partem habeatis vos et successores vestri, quamque ego et mei tradamus et solvamus vobis et successoribus vestris bene et fideliter quolibet anno in kalendis mensis madii. Unde per me et meos heredes et successores gratis et ex certa scientia promito vobis dicto domino episcopo a me legitime stipulanti quod pre-

dicta omnia et singula prout inter vos et me acta et conducta fuerit in contractu dicti stabilimenti et supra continentur, licet in instrumento predicti stabilimenti non contineantur, tenebimus, complebimus et observabimus vobis et successoribus vestris et ecclesie Barchinone in perpetuum. Et ad hec omnia supradicta obligo vobis et successoribus vestris \et ecclesie Barchinone/ me et heredes et successores meos in dicta villa de Granullariis et omnia iura que habeo in ipsa villa et terminis eiusdem et alia etiam bona mea quecumque sint et ubicumque. Actum est hoc tercio nonas iunii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Sig+num Petri Marchesii, notarii domini regis predicti, qui hec laudo et firmo. Signum + Petri Marchesii predicti qui hec firmo. Testes huius rei sunt Iacobus Fivellerii, Berengarius de Bonastre et Bernardus Ollarii. Sig+num Petri Marci, notarii publici Barchinone, qui hec scripsit et clausit, cum litteris appositis in linea quinta decima ubi scribitur *et ecclesie Barchinone* et cum literis rasis et enmendatis in linea contigua huic linee ubi dicitur *decima*, die et anno quo supra.

*6. Pere Marquès recibe el homenaje de los habitantes de la villa de Granollers después de haber hecho leer ante éstos una carta del obispo de Barcelona, datada el 4 de junio de 1291, por la cual éste manda a sus hombres prestar el homenaje debido a Pere como nuevo titular de la jurisdicción sobre la villa. ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 440. 1291 junio 8.*

Notum sit cunctis quod in presentia notarii infra scripti et testium infra scriptorum, congregato consilio universitatis hominum ville Granullariorum per precorem in ecclesia eiusdem ville, Petrus Marchesii, domini regis notarius, ostendit et legi fecit quandam literam domini Bernardi, Dei gratia episcopi Barchinone, sigillo pendenti eiusdem domini episcopi munita, cuius tenor talis est:

Ffrater Bernardus, Dei gratia episcopus Barchinone, dilectis et fidelibus suis, probis hominibus et universitati ville de Granullariis, salutem et dilectionem. Nuper nobis existentibus in villa Granullariis vobis mandavimus quod cum nos stabilivissemus venerabili Petro Marchesii, domini regis notario, cum instrumento publico, villam de Granullariis et dominium ac iuredictionem et alia iura nostra que habemus et habere debemus in villa predicta, obediretis ac responderetis eidem Petro Marchesii in omnibus tanquam nobis. Quare iterato per presentes vobis dicimus et mandamus, sub fide qua nobis estis obligati, quatenus eidem Petro Marchesii faciatis homagium vice nostra ac eidem respondeatis de omnibus iuribus quibus nobis respondere tenemini et debetis, prout in carta stabilimenti seu concessionis quam nos eidem fecimus de villa predicta videbitis contineri. Scientes quod dictus Petrus Marchesii est inde iam obligatus nobis cum homagio nomine acquisitionis quam a nobis fecit de dicta villa, nec differatis seu contradicatis eidem

Petro Marchesii dictum homagium facere ratione homagii quo iam nobis estis astricti, quem nos vos inde absolvimus, salvo nostro directo dominio et iure et senioratico quod nobis retinuimus et salvavimus in stabilimento seu concessione quam fecimus de villa ipsa Petro Marchesii supradicto. Quamquidem absolutiorem tenere volumus tunc demum cum predictum homagium vice nostra feceritis Petro Marchesii antedicto. Volumus tamen et retinemus nobis expresse quod si dictum ius emphiteoticum aliquo casu rediret ad ecclesiam, quod vos et vestri sitis obligati nobis et ecclesia Barchinone illo homagio et illa fidelitate quo et qua nobis hodie tenemini. Datum Barchinone, pridie nonas iunii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> primo.

Qua litera lecta, dictus Petrus Marchesii requisivit homines dicte universitatis ut facerent sibi homagium et sibi obedirent ac responderent ut domino, iuxta tenorem litere supradicte. Quiquidem homines, habita plena deliberacione inter se, fecerunt homagium ore et manibus dicto Petro Marchesii, domino suo, secundum consuetudinem Barchinone. Nomina autem illorum qui homagium prestiterunt pro se et suis presentibus et futuris sunt hec: Bernardus de Palaciolo, Petrus Carbonelli, Berengarius Forner, Petrus Stephani, Petrus de Fabricis, Raimundus de Palaciolo, Bernardus Sutor, Bernardus Serradelli, Berengarius de Colle, Petrus Fornerii, Iacobus Sutor, Bernardus Ioya, Iacobus Borra, Arnaldus Rimbaldi, Bernardus de Bosco, Iacobus Mascardi, Berengarius Fuster, Bernardus de Cellario, Guillelmus Denus, Bernardus Cultellarii, Bonanatus de Prato, Bernardus Sartor, Iacobus Eimerici, Peric Ortola, Petrus de Gradu, Berengarius Bartholomei, Bernardus Cervera, medicus, Petrus Bartholomei, Petrus Ollerii, Guillelmus Iuliani, Iacobus Veyeti, Raimundus Rimbaldi, Petrus Mata, Guillelmus de Olleto, Petrus Radulfi, Iacobus Nogaria, Arnaldus de Buschets, Ianuarius de Toroyo, Petrus Ionc, Bernardus Pedro, Raimundus Carpinelli, Bernardus Menudel, Bernardus de Ecclesia, Raimundus de Torrent, Esquirolus, Petrus Vitalis, Guillelmus de Molendinis, Petrus de Manulevi, Laurentius Bassa, Petrus Bernada, Berengarius de Cumbis, Bartholomeus Borrás, Bartholomeus de Parietibus, Bernardus de Fabricis, Petrus Castilionis et Andreas de Corrono. De quibus omnibus dictus Petrus Marchesii petit sibi fieri publicum instrumentum. Actum est hoc sexto idus iunii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> primo. Testes huius rei sunt Berengarius de Sancto Vincentio, miles et vicarius domini regis, Bernardus de Solerio, miles, Berengarius de Serriano, Gaucerandus Teya et Sparagus Teya, clericus. Sig+num Petri de Nogaria, presbiteri, notarii publici de Granullariis, qui hec scripsit et clausit die et anno quo supra.

*7. Pere Marquès confirma a los habitantes de la villa y del término de Granollers las franquicias que les habían sido otorgadas el año 1252 por el obispo Arnau de Gurb*

*y otras nuevas franquicias. ACA / Cancillería, Pergaminos Jaime II, 133 (ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 442). 1291 junio 13.*

Notum sit cunctis quod nos Petrus Marchesii, notarius domini regis, volentes vos fideles et dilectos nostros probos homines et omnes alios homines nostros ville nostre de Granullariis et termini eiusdem, presentes et futuros, tanquam bene meritos prosequi gratiis specialibus. Ideo per nos et heredes et successores nostros, gratis et ex certa sciencia, laudamus, approbamus et confirmamus de consilio, assensu et voluntate reverendi in Christo patris, domini fratris Bernardi, Dei gratia Barchinone episcopi, vobis Bernardo de Palaciolo, iurisperito, Petro Furnarii, Petro de Manleu, Petro Carbonelli, Berengario Furnarii, Petro de Fabricis et Bernardo de Fabricis et vestris habitatoribus ville de Granullariis predictae et termini eiusdem et vobis omnibus aliis hominibus, masculini et feminini sexus, habitantibus et habitaturis in dicta villa de Granullariis etiam in eius termino, cuiuscumque conditionis sitis vel fueritis, imperpetuum, omnes promissiones, concessiones, libertates, franquitates et privilegia quas et que dominus Arnaldus, bone memorie quondam episcopus Barchinone, fecit, dedit et concessit hominibus et universitati predictae ville de Granullariis et eius termini, prout melius et plenius hec continentur in instrumento facto per Petrum de Canali, diachonum et notarium publicum de Granullariis, nonas decembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> secundo, tenor cuius talis est:

Sit omnibus manifestum quod nos Petrus de Canali, Petrus Iohannes, Petrus de Palaciolo, Bernardus de Casela, Guillelmus de Faro, Raymundus Faber, Andreas de Fonte, Bernardus de Plantada, Guillelmus Iuliani, Berengarius Stephani, Carbonellus Det, Berengarius de Pelagis, Guillelmus de Fabricis, Iohannes Textor, Guillelmus Bassa, Guillelmus Forner, Arnaldus Solanus, Ferrarius Destimoner, Bernardus Forner, Bernardus Descamarer, Vitalis de Corrone, Guillelmus Ferrarii, Guillelmus de Oris et Geraldus de Sumeres, collacione facta omnium nostrum et deliberatione habita inter nos et omnes alios homines ville nostre de Granollers, quorum nomina non sunt singulariter hic expressa, de censu omnium et mandato per nos presentes et eosdem quorum mandatum recepimus et per omnes illos qui in villa nostra venturi sunt undecumque originem duxerint, concedimus et confitemur vobis domino Arnaldo, Dei gratia Barchinone episcopo, coram vestra presencia positi, quod villa de Granollers et nos omnes et alii habitantes in illa sunt vestri solidi et fuerunt perpetuo usque modo. Set pro negligencia quorundam predecessorum vestrorum qui de nobis non curarunt actenus ut deberent quidam nos multipliciter oppreserunt et dampna gravia intulerunt et quidam etiam iurediccionem vestram in quibusdam partibus usurpantes iura Barchinone ecclesie aliquando minuerunt. Unde cum hoc nobis valde periculosum existat et vobis et ecclesie vestre posset imposterum preiudicium generare quamvis vicinis nostris, sit publi-

cum et antiquis antiquum quod vestri solidi sumus et fuerimus usque modo, supplicamus vobis tantum in domino qui non vult mortem peccatorum set eos semper spectat adveniam quatinus nos inter manus vestras recipiatis de novo ad homines quamvis alias vestros esse et fuisse concedimus et hac sollempnitate non egeat bona fides et quod nos et nostros tanquam vestros propios et bona nostra tanquam vestra propria defendatis et licet id quod vestrum est non oporteat aliter vestrum fieri tamen ad cautelam tam pro nobis presentibus quam pro aliis hominibus istius ville cum quibus deliberacionem habuimus et pro omnibus aliis qui in villam istam de Granollers venturi sunt undecumque veniant et pro tota proienie nostra et posteritate vobis homagium facimus manuale. Quod homagium sive sollempnitas ad quod vestrum est approbet et confirmet et quod vestrum non fuerit usque modo vestrum proprium faciat et ecclesie supradicte. Promittentes vobis et successoribus vestris bona fide et sine ingenio obedire, defferre dampna vestra, vitare utilitatem vestram et honorem tractare et vobis in omnibus fideles erimus et legales, si Deus nos adiuvet, et sancta eius IIII<sup>or</sup> evangelia possita coram nobis et tacta. \Salvando in hiis iura eorum pro quibus honores seu possessiones tenemus et salva fidelitate eorum qui habent in personis nostris vel rebus dominium vel potestatem, aliqua ratione, et omnium illorum etiam quibus alio quolibet modo defferre tenemur et servire/. Nos igitur Arnaldus, Dei gratia Barchinonensis episcopus, ad clamorem et ad necessitatem vestri predictorum respicientes vos et omnes homines de Granollers, presentes, absentes atque futuros, inter manus nostras nobis et ecclesie corporaliter homagium facientes quamvis actenus nostri fueritis et ipsius ecclesie sepedicte. Promittentes vobis per nos et omnes successores nostros quod vos et vestros regemus et defendemus capi ab aliquo seu gravari vel spoliari nullatenus sustinebimus dampna vobis illata et iniuriam irrogatam prout nos deceat demandabimus et in omnibus generaliter vos habebimus tanquam alios hominis nostros et res ecclesie nostre cuius defensores sumus et rectores. Item, omnes bonas consuetudines vestras et usus vobis observabimus et nullus graves nec odiosas consuetudines vel usaticos inmitemus. Et specialiter facimus vos liberos ab omni intestatione, exorquia et escugucia et quod lectum vestrum vel arma vel vestes pro aliquo debito quod debeatis alicui nunquam pignorabimus set in omnibus hiis et aliis iusticiis exercendis observabimus vobis modum et equitatem ecclesie Barchinone. Actum est hoc nonas decembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> quinquagesimo secundo. Hec signo tali firmavit Petrus de Canali +, s+num Petri Iohannis, s+num Petri de Palaciolo, s+num Bernardi de Casella, s+num Guillelmi de Faro, s+num Raimundi Fabrii, s+num Andree de Fonte, s+num Bernardi de Plantada, s+num Guillelmi Iuliani, s+num Berengarii Stephani, s+num Carbonelli Det, s+num Berengarii de Pelagis, s+num Guillelmi de Fabricis, s+num Iohannis Textoris, s+num Guillelmi Basse, s+num Guillelmi Forner, s+num Arnaldi Solani, s+num Ferrarii des Timoner, s+num Bernardi Furner, s+num Bernardi des Camerer, s+num Vitalis de Corrone, s+num Guillelmi Fabri, s+num Guillelmi de Oris, s+num GERALDI DE

Sumeres, nostrorum omnium qui hec tam pro nobis quam pro omnibus aliis hominibus ville nostre de Granollers qui modo sunt et deinceps erunt vel fuerint, firmamus, laudamus et iuramus. Ego Arnaldus, Barchinone episcopus, subscribo. Testes huius rei sunt Petrus Arberti, Bernardus de Colle, Petrus de Meserata, Petrus de Olivella, canonici Barchinone, Geraldus de Muntornes, Arnaldus de Villario et Bernardus de Biguis. Sig+num Petri de Canali, diachoni, notarii publici de Granollers, qui hoc scripsit cum litteris rasis et emendatis in XI<sup>a</sup> linea ubi scribitur *et omnium illorum etiam quibus* et suprapositis in eadem ubi scribitur *et salva fidelitate eorum qui habent in personis nostris vel rebus dominium et potestatem, aliqua ratione*, die et anno prefixo.

Item, damus et concedimus vobis predictis omnibus et singulis et vestris perpetuo per nos et omnes heredes et successores nostros quod non teneamini vos et heredes et successores vestri nec aliqui alii homines habitantes vel habitaturi in dicta villa et eius termino, cuiuscumque conditionis sitis vel fueritis, volentes nec inviti, extra ipsam villam respondere nobis vel heredibus aut successoribus nostris de aliquibus demandis nostris vel aliorum nec quod possitis extra dictam villam de Granullariis trahi nec conveniri in causis civilibus nec etiam in criminalibus quocumque sint et iure quoscumque in principalibus causis vel appellationum. Item, damus et concedimus vobis et heredibus et successoribus vestris imperpetuum quod quodcumque et quocienscumque contingat de cetero aliquem vel aliquos de vobis vel de heredibus aut successoribus vestris habitatoribus dicte ville et termini sui criminaliter iudicari quod sint, tam in processu cause et inquisitionis, quam in sententia, duo proceres ipsius ville de quorum consilio et assensu iudex procedat et sentenciet. Item, damus et concedimus vobis predictis omnibus et singulis et heredibus et successoribus vestris habitatoribus dicte ville et termini eiusdem, cuiuscumque condicionis fuerint vel sunt, imperpetuum, quod non teneamini inviti decoquere panes vestros vel alias res in furno nostro dicte ville de Granullariis vel termini eiusdem, nec teneamini frumentum vel aliud bladum vestrum inviti molere in molendinis nostris dicte ville de Granullariis vel termini eiusdem. Nec teneamini etiam nobis vel nostris vos vel vestri ad aliquam aliam novam servitutem quam vellemus vobis vel vestris imponere. Nec teneamini etiam vos et vel vestri nobis vel nostris aliquo tempore dare vel solvere aliquam lezdam nec aliquam aliam exaccionem violentam, immo sitis vos et vestri heredes et successores franqui et liberi ab omni lezda et ab omni nova servitute que possit dici vel excogitari et ab omni alia exaccione violenta. Item, damus et concedimus vobis et vestris perpetuo quod si contingat nos habere iurisdiccione aliorum qui habent dominium vel ius in dicta villa de Granulariis vel in alique parte ipsius vel in termino eiusdem, quod vos et vestri, cuiuscumque conditionis sitis vel fueritis, sitis franqui et liberi de predictis omnibus et singulis de quibus nunc vos et vestros franchos facimus. Ita quod ratione alicuius iurisdiccione dominii vel alterius iuris que



decetero nobis adquirantur non possimus nos vel nostri a vobis vel vestris aliqua de predictis exigere nec vos vel vestros super predictis convenire aliquo tempore vel molestare. Item, damus et concedimus vobis et vestris heredibus et successoribus habitatoribus dicte ville et termini sui imperpetuum quod non teneamini nobis vel nostris facere hostem vel exercitum pro domino rege nec pro aliqua alia persona nisi tamen pro negociis dicti domini episcopi et pro negociis nostris et pro negociis vestris. Item, damus et concedimus vobis et vestris heredibus et successoribus habitatoribus dicte ville et termini eiusdem, cuiuscumque conditionis sitis vel fueritis, quod non teneamini nobis vel nostris dare nec facere nec solvere aliquam questiam, cenam sive albergam, nec aliquod aliud genus servicii sive aliquod genus exactionis invite aliquo tempore. Immo de predictis omnibus sitis vos et vestri franchi, quitii et immunes perpetuo. Item, damus et concedimus vobis et vestris perpetuo quod si vos vel heredes aut successores vestri habitatores dicte ville vel aliqui de vobis, cuiuscumque conditionis sitis, sive christiani sive iudey vel sarraceni vel alterius conditionis, volueritis dimittere habitationem dicte ville et eius termini et ire habitare ad alium locum, quod possitis cum omnibus bonis vestris hoc libere facere sine aliquo impedimento et contradiccione nostri et nostrorum et sine aliquo precio, salario et servicio quod non teneamini inde dare vel solvere nobis vel nostris. Et si aliquis vel aliqui voluerint de novo venire habitancium ad dictam villam de Granullariis, quod possint hoc libere facere et quod non teneantur nobis vel nostris pro eorum adventu sive intrata dare vel solvere aliquod servicium. Item, damus et concedimus per nos et nostros vobis et vestris perpetuo cuiuscumque conditionis sitis vel fueritis quod in toto termino castri nostri de Rupe, scilicet, in nemoribus ipsius castri, possitis boschare et ligna facere et recipere et inde extrahere et portare quocumque velitis, cum bestiis et sine bestiis, secundum quod hec consuevistis, non data neque soluta a vobis vel vestris nobis vel nostris aliqua foresteria neque aliquo servicio, salvo quod non possitis querchus et oltzinas fructiferas nemorum dicti castri scindere necque inde ligna facere. Item, damus et concedimus vobis et vestris imperpetuum quod nunquam nos et heredes et successores nostri firmemus in aliquo sponsalicio vel sponsaliciis vestris et heredum et successorum vestrorum, cum non consueverimus nos vel antecessores nostri aliquo tempore ibi firmare, nec vos vel heredes aut successores vestri teneamini aliquo tempore in ipsis sponsaliciis requirere vel recipere firmamentum nostri vel successorum nostrorum. Et nichilominus ipsa sponsalicia valeant in omnibus et per omnia ac si a nobis vel nostris essent firmata. Item, damus et concedimus per nos et omnes heredes et successores nostros vobis et vestris imperpetuum quod non possimus nos et nostri facere, ponere vel ordinare in dicta villa aliqua banna aliquo tempore vel aliqua nova statuta sine assensu procerum ipsius ville. Et quod banna que nobis vel nostris successoribus solventur ab ipsis qui in eis inciderint dividantur et sint medio per medium inter nos et successores et proceres ipsius ville. Salvo tamen et retento quod nos et nostri possimus et debeamus mutare et temperare ipsa banna et statu-

ta nova de consilio dictorum procerum ad requisicionem eorum. Item, damus et concedimus vobis et vestris per nos et nostros quod nos et nostri nunquam possimus vos vel heredes aut successores vestros compellere quod constituatis vos debitores principales nec fideiussores pro nobis alicui persone in aliquo casu aliquo tempore. Item, damus et concedimus vobis et vestris perpetuo et etiam promittimus vobis et vestris quod predictam villam disponemus et ordinabimus tam de consilio procerum dicte ville, si contingat nos vel nostros aliqua velle ordinare vel facere de novo in dicta villa et termino eiusdem. Item, promittimus vobis et vestris per nos et nostros quod in opere muri dicte ville dabimus, expenderemus et solvemus decem milia solidos de nostro infra duos annos proxime venturos. Et quod ipsa decem milia solidorum trademus et solvemus infra dictos duos annos proceribus dicte ville, qui a vobis electi fuerint, qui dicta decem milia solidorum expendant et convertant in opere dicti muri ad cognicionem procerum dicte ville. Item, damus et concedimus vobis et vestris ac etiam promittimus per nos et nostros quod nunquam vos vel vestros nec aliquem de vobis vel vestri vendemus nec aliquo alio genere alienacionis alienabimus alicui persone vel loco sine voluntate vestri in toto vel in parte. Item, damus et concedimus vobis et vestris per nos et nostros perpetuo et etiam promittimus quod si causa fuerit aliquo tempore inter nos vel nostros et vos vel vestros vel aliquem aut aliquos de vobis vel vestris, quod nos et nostri non appellabimus a sententia lata per iudicem vel iudices a nobis vel nostris in ipsa causa sive causis datum sive datos. Item, damus et concedimus per nos et omnes successores nostros vobis et vestris successoribus perpetuo quod sub predictis omnibus libertatibus, franchitatibus et immunitatibus et privilegiis et aliis predictis omnibus et singulis sitis et intelligamini esse vos et omnes heredes et successores vestri qui nunc habitatis et de cetero habitabitis et qui presentes sunt et pro tempore fuerint in predicta villa et termino eiusdem, cuiuscumque conditionis sint et de cetero fuerint, sive sitis vel fueritis christiani sive iudei vel alterius cuiuscumque condicionis. Item, damus et concedimus vobis et vestris perpetuo quod semper heredes et successores nostri in dicta villa et eius termino quando incipiunt dominari promittant et iurent vobis, cum instrumento publico, antequam a vobis vel vestris obediatur, quod ipsi tenebunt et observabunt vobis et vestris predicta omnia et singula que vobis supra damus, concedimus et promittimus. Et si forsam nolent hoc facere, quod facta eis per vos prima, secunda et tertia denunciatione quod predicta faciant, si noluerint hec facere ex tunc vos et vestri non teneamini eis de fide nec de homagio quousque fecerint supradicta. Et hec omnia supradicta et singula damus, concedimus et promittimus per nos et omnes heredes et successores nostros vobis predictis omnibus et singulis et notario infrascripto a nobis stipulanti et recipienti pro vobis et heredibus et successoribus vestris habitatoribus dicte ville et eius termini et pro universitate tota dicte ville et termini eiusdem de consilio, assensu et voluntate predicti domini, fratris Bernardi, Dei gracia Barchinone episcopi, et sicut melius dici et intelligi potest ad vestrum vestrorumque heredum et successorum et uni-

versitatis predicte salvamentum et bonum et intellectum. Promitens per nos et omnes heredes et successores nostros vobis et notario infrascripto a nobis stipulanti et recipienti pro vobis et vestris quod semper nos et nostri predicta omnia et singula tenebimus et observabimus vobis et vestris et in aliquo non contraveniemus aliquo iure, causa vel racione, sub obligatione omnium bonorum nostrorum, quecumque sint et ubicumque. Et ad maiorem securitatem iuramus vobis per Deum et eius sancta IIII<sup>or</sup> evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula ut superius dicta sunt tenere et observare et non in aliquo contravenire aliquo iure causa vel racione per nos vel per interpositam personam aliquo tempore. Actum est hoc idus iunii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Ego frater Bernardus, episcopus Barchinone, subscribo. Signum + Petri Marchesii predicti, qui hec firmo et iuro. Testes huius rei sunt Bernardus de Solerio, Petrus Luppeti, Raymundus de Gaylacho et Bartholomeus de Torilione. Signum Petri Marcii, notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit, cum litteris appositis in linea duodecima ubi scribitur *salvando in hiis iura eorum pro quibus honores seu possessiones tenemus et salva fidelitate eorum qui habent in personis nostris vel rebus dominium vel potestatem aliqua racione et omnium illorum etiam quibus alio quolibet modo deferre tenemur et servire*, die et anno quo supra.

8. *Recepción de testimonios por el jurisperito Guillem Eimeric, realizada el 28 de junio de 1291, requerida por Pere Marquès el 5 de junio al veguer de Barcelona, en virtud de un mandato real del 4 de junio, para precisar el alcance de la jurisdicción que ha de ejercer Pere sobre la villa de Granollers. ACA / Cancillería, Pergaminos Alfonso II, 438. 1291 julio 7.*

Die martis que fuit nonas iunii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Ex parte illustrissimi domini regis Alfonsi fuit per Petrum Marchesii, notarium ipsius domini regis, presentata quedam litera, sigillata sigillo minori dicti domini regis, Berengario de Sancto Vincencio, vicario Vallensis, cuius litere tenor sequitur:

Alfonsus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie ac comes Barchinone, dilecto suo Berengario de Sancto Vincencio, vicario Vallensis, vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Cum venerabilis frater Bernardus, episcopus Barchinone, stabiliverit dilecto notario nostro Petrus Marchesii villam de Granullariis cum toto dominio, iuridiccione et alio iure quod habet in villa predicta, cum instrumento publico ut continetur in eo et ipsum induxerit in possessionem predictorum et mandaverit per literas suas hominibus dicti loci quod eidem Petrus Marchesii obediant et respondeant ac sibi homagium faciant, mandamus et dicimus vobis quatenus ipsum Petrum Marchesii manuteneatis et deffendatis in

possessione predictorum contra quoscumque sibi volentes iniuriam vel impedimentum aliquo inferre super predictis ac sibi faciatis responderi integre de omnibus iuribus que dictus episcopus et predecessores sui in loco predicto habent et consueverunt recipere et habere ac eidem homagium fieri faciatis per homines dicti loci, iuxta mandatum dicti episcopi per suas literas eis factum. Datum Barchinone, II<sup>e</sup> nonas iunii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> primo. Vice cancellarius.

Et auctoritate dicte litere idem vicarius ad requisicionem dicti Petri Marchesii, domini Granollariorum, fecit recipi testes per Guillelmum Eymerici, iurisperitum Barchinone, super articulis infra sequentibus, quos dictus Petrus produxit ut possit sciri veritas que iura episcopus Barchinone et sui predecessores habent et consueverunt recipere et habere in dicto loco, cum idem dominus rex mandet dicto vicario per dictus suas literas inter alia ut dicto Petrus faciat respondere integre de omnibus iuribus que dictus episcopus et sui predecessores habent et consueverunt recipere et habere in predicto loco. Tenor autem dictorum articulorum talis est: Intendit probare Petrus Marchesii, dominus Granollariorum, quod tempore vite domini Iacobi, regis Aragonum, quondam, et post mortem eius usque ad tempus domini regis Petri, filii dicti domini regis Iacobi, episcopus Barchinone, qui illis temporibus fuerat, habebat et consuevit habere in hominibus et feminis ville Granollariorum et eiusdem parrochie omnem iurisdictionem civilem et criminalem, preter penam mortis et mutilacionem manuum atque peduum. Item, quod postquam dominus rex Petrus regnavit, quod episcopus, qui pro tempore fuerat, fuit eiectus de possessione vel quasi civilis et criminalis dicte iurisdictionis per officiales dicti domini regis et specialiter per Guillelmum de Turri, tunc vicarium Vallensis, et per tenentem locum eius in dicta vicaria. Postquam die iovis que fuit quarto kalendas iulii, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> primo, fuerunt testes infra sequentes per dictum Guillelmum Eymerici recepti super articulis supra scriptis, Iacobo de Prato, notario publico Barchinone, dicta ipsorum testium scribente. Quos testes, dictus vicarius presente et requirente, dicto Petro Marchesii fecit publicari per dictum Guillelmum Eymerici et dictum notarium die sabbati, scilicet, nonas iulii, anno predicto, presentibus testibus hic scriptis, scilicet, Guillelmo de Plandolit, milite, Petro de Solerio, Guillelmo de Torrentibus, presbitero, Berengario de Valle Sicca, baiulo Terracie, et Guillelmo Augustini, quibus publicatis, inspectis et examinatis dictus Petrus Marchesii proposuit, coram ipso vicario, quod dictus episcopus et sui predecessores habebant in dicto loco iurisdictionem civilem et criminalem tales quales erat probatum per dictos testes infra sequentes. Et peccit quod circa predicta observaret dictum mandatum domini regis. Unde ego Berengarius de Sancto Vincencio, vicarius predictus, habita deliberacione et consilio peritorum super hiis que dictus Petrus Marchesii petit fieri iuxta deposicione dictorum testium et mandatum dicti domini regis, dico et assero quod ego manutenebo et deffendam dictum Petrum Marchesii in possessione predictorum, scili-

cet, dictarum iuridiccionum contra quoscumque sibi volentes iniuriam vel impedimentum aliquod inferre super predictis. Et mando auctoritate dicti mandati hominibus dicti loci quod respondeant integre dicto Petro Marchesii, quem induxi et induco in possessionem predictorum, de omnibus iuribus que dictus episcopus et predecessores sui in loco predicto habent et consueverunt recipere et habere ac eidem Petrum homagium faciant iuxta mandatum quod eis fecit dictus episcopus per suas literas. Intelligatur tamen quod ius domini regis, si quod in predictis vel aliquo predictorum vel in aliis habet vel habere debet, sit salvum et integrum et non in aliqua parte sui diminutum. Hii sunt testes qui fuerunt recepti super predictis et de voluntate et requisicioni partium, scilicet, dictorum Berengarii de Sancto Vincencio, vicarii Vallensis, et Petri Marchesii fuerunt redacti in formam publicam ad eternam memoriam conservandam prout patet per presentem paginam. ¶ Petrus Basseti, de villa Calidarum, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit se vidisse quod tempore vite domini regis Iacobi, quondam, et post eius mortem usque ad tempus domini regis Petri, filii sui, episcopus Barchinone seu baiulus eius, scilicet, Guillelmus de Monte Tornesio et Berengarius Columbi, excercebant pro domino episcopo Barchinone iuridiccionem civilem in hominibus et feminis ville Granullariorum, faciendo reddi ius conquerentibus inter eos de debitis vel aliis contractibus, ponendo iudices et mandando sentencias exequitioni et alia faciendo que dominus posset facere. Set non recordatur de nominibus eorum set multociens vidit predicta. Item, interrogato super eodem articulo, dixit quod dicti baiuli, tempore predicto, ut hic testis vidit, excercebant pro dicto episcopo iuridiccionem criminalem in hominibus et feminis dicte ville, videlicet, ponendo et exigendo banna inter eos propter mensuras vini et pondus pani et propter alia, faciendo etiam fustigari culpabiles et auferendo eis quandoque aures et quandoque capiendo et ponendo in carcerem et retinendo et alia que ad iuridiccionem criminalem pertinet, excepta pena mortis et mutilacione peduum et manuum. Et ita vidit eos esse in possessione vel quasi predictorum, quia ipse testis fuit aliquociens vicarius Vallensis et veniebat ad villam Granullarium et videbat predicta. Et etiam quando non erat vicarium conveniebat pro causis videns ea. Interrogato qui erant tunc episcopi, et dixit quod Petrus de Scintillis et post eum Arnaldus de Gurbo. Interrogato si scit quo iure predicta habet episcopus Barchinone, dixit quod audivit dici a quibusdam quod Petrus de Scintillis, tunc episcopus, dicebat quod ex concessione dicti domini regis Iacobi habebat predicta. Dixit tamen hic testis quod audivit dici a quibusdam de quorum nominibus non recordatur, quod antequam dictus Petrus de Scintillis esset episcopus, dominus rex Iacobus, quondam, excercebat dictas iuridicciones. Dixit etiam, interrogato, quod ipse nescit quod episcopi Barchinone seu baiuli eius excercent dictas iuridicciones in hominibus parrochie dicte ville qui sunt extra villam. Super II<sup>o</sup> articulo interrogato, dixit esse verum ut in eo continetur. Interrogato quomodo scit, dixit quia sic vidit et quod Guillelmus de Turri, tunc vicarius Vallensis, et Raimundus Amati, tenens locum eius, excerce-

runt dictas iuridicciones et non baiuli episcopi Barchinone. ¶ Petrus de Monte Tornesio, miles, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit quod ipse testis vidit tempore quo Arnaldus de Gurbo erat episcopus Barchinone, post mortem domini regis Iacobi, quod Berengarius Columbi, baiulus dicti episcopi, ponebat banna hominibus et feminis ville Granullariorum et recipiebat firmas iuris ab ipsis et cepit aliquos, sicut dominus loci capit aliquos. Alias iuridicciones non vidit quod exerceret episcopus Barchinone vel baiulus eius nec scit si predicta exercebat in hominibus parrochie dicte ville qui sunt extra villam. Dixit etiam quod die fori dicte ville pertinebat iuridiccio ipsius ville huic testis, quia forum erat suum. Et quando baiulus episcopi in die fori accipiebat firmas iuris ab hominibus venientibus ad dictum forum vel capiebat aliquos, hic testis faciebat eos absolvi a firma et a captione propter hoc quia iuridiccio ipsius ville pertinebat ad hunc testis in die fori. Super II<sup>o</sup> articulo interrogato, dixit esse verum ut in eo continetur quantum ad ea que hic testis vidit exerceri per baiulum dicti episcopi ut supra dixit, scilicet, quod Guillelmus de Turri, tunc vicarius Vallensis, expulit episcopum Barchinone et baiulum eius et etiam hunc testis a possessione iuridiccionis dicte ville, quia non permisit eos uti ipsa iuridiccione, set hic testis recuperavit possessionem sue iuridiccionis per sentenciam latam per Raimundum de Toylano, ratione testium quos produxit, qui sunt in forma publica, et quia hic testis sine cause cognitione fuerat expulsus a dicta possessione. Interrogato quam iuridiccionem exercebat hic testis, et dixit quod ipse imponebat banna et exigebat et recipiebat firmamenta et pecuniam que inde exiebat et faciebat fustigari culpabiles et auferri aures et signari in fronte et ponderari panem et mensurari vinum et punire omnes culpabiles debita pena, excepta pena mortis et mutilacione peduum et manuum, et hoc tam in delinquentes in villa Granullariorum quam in termino eiusdem. Et predicta tenebat hic testis pro episcopo Barchinone et nunc tenet ipsa Petrus Marchesii pro ipso episcopo. Et audivit hic testis dici quod in aliis diebus, preter diem fori, episcopus Barchinone seu baiulus eius habebat eandem iuridiccionem quam hic testis habebat in die fori. ¶ Berengarius Columbi, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit verum esse ut in eo continetur. Interrogato quomodo scit, dixit quod ipsi vidit Guillelmus de Monte Tornesio, baiulum Petri de Scintillis, episcopi Barchinone, quondam, in villa Granullarium et parrochia eiusdem et etiam vidit ipsum baiulum Arnaldi de Gurbo, quondam, episcopi Barchinone, in eisdem locis \et hic testis fuit baiulus dicti Arnaldi de Gurbo, episcopi, in eisdem locis/. Et tam dictus Guillelmus quam hic testis, tempore quod regebant dictam baiuliam, exercebant iuridiccionem civilem in dictis locis et criminalem, videlicet, recipiendo firmas iuris ab hominibus et feminis dictorum locorum, faciendo reddi ius conquerentibus et ponendo iudices et mandando sentencias exequutioni et ponendo et exigendo banna pro adulterinis, mensuris vini et ponderibus panis, faciendo preconitzationes fieri et puniendo culpabiles, fustigando eos et auferendo aures et signare in fronte et ponere in costello et capiando delinquentes et in carcerem ponen-

do et retinendo et imponendo omnes alias penas, excepta pena mortis et mutilacione manuum et peduum. Et sic de predictis erant in possessione dicti episcopi seu baiuli eius. Interrogatus quo iure pertinebant dicte iuridicciones episcopo Barchinone, et dixit quod audivit dici a dicto Arnaldo de Gurbo quod iusticie erant ecclesie et quod illas iusticias quas dominus rex exercebat habuerat ex concessione ecclesie et alias iuridicciones sibi retinuerat ecclesia et sic iure suo dicebat dictus episcopus quod utebatur dictis iuridiccionibus. Super II<sup>o</sup> articulo interrogato, dixit ita esse verum ut in eo continetur. Interrogato quomodo scit, dixit quod Guillelmus de Turri, tunc vicarium Vallensis, prohibuit hunc testis, tunc baiulum dicti episcopi Barchinone, uti dictis iuridiccionibus et ipse Guillelmus de Turri utebatur ipsis iuridiccionibus et sic eiessit dominum episcopum et hunc testis, baiulum eius, a dicta possessione predictorum vel quasi. Dixit etiam hic testis quod dominus rex Petrus, quondam, tempore sue infirmitatis qua decessit, mandavit per cartam suam, quam hic testis vidit, Guillelmo de Turri, tunc vicario, quod restitueret dictum episcopum in predictis. ¶ Guillelmus Fornarii, de villa Granullarium, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit quod ipse testis vidit Guillelmum Ferrarii et en Semalus et Guillelmum de Monte Tornesio et Berengarium Columbi, baiulos ville Granullariorum et eiusdem parrochie, pro episcopo Barchinone pro tempore, scilicet, pro Petro de Scintillis et Arnaldo de Gurbo, episcopi Barchinone, et vidit quod dicti baiuli distringebant homines dicti episcopi Barchinone dicte ville et parrochie eiusdem, faciendi reddi ius inter eos et recipiendo firmas iuris et ponendo et exigendo banna et puniendo culpabiles, capiendo et fustigando et ponendo in costellum et faciendo alias iusticias, preter penam mortis et mutilacione manuum atque peduum. Et ita de predictis vidit hic testis uti dictos baiulos et esse in possessione. Et audivit dici quod episcopus Barchinone habuit dictas iuridicciones postquam emit castrum de Monte Bovino. Super II<sup>o</sup> articulo interrogato, dixit quod audivit dici quod Guillelmus de Turri, tunc vicarius Vallensis, non permisit uti dictos baiulos a dicta possessione. Aliud nescit hic testis. ¶ Guillelmus Bovis, clericis, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit quod ipse vidit Guillelmum Ferrarii vel en Borrás, qui tunc unius eorum erat baiulus Arnaldi de Gurbo, episcopi Barchinone, quondam, in villa Granullarium et parrochia eiusdem, exercebant iuridiccionem civilem, videlicet, faciendo fieri ius conquerentibus et recipiendo firmas et ducendo causas, assignando iudices et mandando exequciones. Set de criminali iuridiccioni non posset dicere rerum, quia iusticie fiunt rare et non fiebant quando hic testis ibi erat. Super secundo articulo interrogato, dixit se nichil scire nisi de auditu. ¶ Petrus Carbonelli, de villa Granullariorum, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit quod ipse vidit tempore vite domini regis Iacobi et post eius mortem, tempore quo Arnaldus de Gurbo, episcopus Barchinone, vivebat, quod pro ipso episcopo fuerunt baiuli pro tempore in villa Granullarium et parrochia eiusdem Guillelmus de Monte Tornesio, Guillelmus Ferrarii et en Julia et Berengarium

Columbi. Et predicti pro dicto episcopo exercebant iuridictionem civilem et criminalem, videlicet, faciendo fatigas per suos sagiones et pignorando homines dicti loci, excepto loco de Vayldariolf, ubi non pignorabant nisi tres homines, et ponendo iudices, recepta firma iuris, et mandando sentencias exequitioni. Item, vidit fustigari, tempore ut credit quo dictus Guillelmus de Monte Tornesio erat baiulus, en Piulayn et matre sua, quos dictus baiulus fustigari fecit. Item, vidit quod dictus Guillelmus Ferrarii fecit fustigari Petrum de Mata et na Bova et poni in costello et quendam alium iuvenem fustigari. Et vidit quod dictus Guillelmus de Monte Tornesio auferri aures cuidam mulieri. Et dicti baiuli pro domino episcopo exercebant criminalem iuridictionem in dicto loco imponendo omnem penam culpabilibus, excepta pena mortis et mutilacione manuum atque peduum. Dixit etiam quod quando aliquis criminosus merens mortem esset dicta villa Granullariorum, quod vicarius domini regis non audebat ipsum capere in dicta villa set baiulus episcopi ducebat eum extra villam et tunc vicarius capiebat ipsum. Et hoc vidit hic testis de pluribus et specialiter den Betet quem Berengarius Columbi, tunc baiulus, duxit extra dictam villam, et erat vicarius tunc Vallensis Petrus de Orta. Et ita dictus episcopus erat in possessione predictorum. Super II<sup>o</sup> articulo interrogato, dixit ita esse verum ut in eo continetur. Interrogato quomodo scit, et dixit quod vidit quod Guillelmus de Turri, tunc vicarius Vallensis, eiessit dictum dominum episcopum et eius baiulum a dicta possessione quia non permisit eos uti dictis iuridictionibus, immo prohibuit et dicebatur quod fecerat de mandato domini regis Petri, quondam. ¶ Berengarius Carbonelli, de villa Granullariorum, iuratus et interrogatus super primo articulo, dixit ita esse verum ut in articulo continetur. Interrogato quomodo scit, et dixit quod ipse testis vidit quod in villa Granullariorum et parochia eiusdem fuerunt pro Arnaldo de Gurbo, episcopo Barchinone, baiuli pro tempore Guillelmus de Monte Tornesio, Guillelmus Iuliani, Berengarius Columbi et Guillelmus Fferrarii. Et vidit quod ipsi exercebant iuridictionem civilem, videlicet, faciendo ius querelantibus et recipiendo firmas iuris, faciendo duci causas et ponendo iudices et mandando sentencias exequitioni et omnia alia que iuridictioni civili pertinebant. Set non recordatur de hiis hominibus inter quos predicta fiebant, quia omnes recurrebant ad ipsos baiulos. Item, dixit quod vidit quod dicti baiuli imponebant banna et exigebant et pro falsis mensuris vini et ponderibus panis et pro aliis. Vidit etiam quod dictus Guillelmus de Monte Tornesio fecit fustigari per dictam villam quandam mulierem cum quadam gallina et en Piulayn et matre sua. Vidit etiam quod de dictis baiulis aliqui ex ipsis, set non recordatur quis, fecerunt plures homines poni in costello. Et hec fuerunt facta in villa de Granullarium. Dixit etiam quod quando aliquis merens mortem erat in dicta villa Granullarium, quod vicarius Vallensis non audebat ipsum capere set baiulus episcopi ducebat eos extra villam et tunc, eo dimisso, vicarius Vallensis seu sagiones sui capiebant ipsos. Et hoc vidit hic testis de pluribus set non recordatur de nominibus. Inter quos sagiones erat en Salvatge et en Pere des Perers. Et sic de predictis vidit hic testis



dominus episcopus et baiulus ipsius in possessione predictorum. Super II<sup>o</sup> articulo interrogato, dixit ita esse verum ut in articulo continetur. Interrogato quomodo scit, dixit quod Guillelmus de Turri, tunc vicarius Vallensis, ut hic testis vidit, non permisit dictum dominum episcopum nec eius baiulum uti dictis iuridiccionibus, immo prohibuit. ¶ Guillelmus Roberii, miles, iuratus et interrogatus super primo articulo et super secundo, dixit se nichil scire, nisi de auditu. S+num Berengarii de Sancto Vincencio, vicarii Vallensis predicti, qui hec firmo in manu et posse notarii infrascripti. Sig+num Iacobi de Prato, notarii publici Barchinone, qui predictis testibus receptis interfuit et dicta eorum scripsit et de voluntate et requisicione dicti Berengarii de Sancto Vincencio, vicario Vallensis, et dicti Petri Marchesii dicta dictorum testium in hanc formam publicam ut superius continetur redegit et hec scripsit et clausit cum litteris rasis et emendatis in linea vicesima quinta ubi scribitur *quantum ad ea* et cum litteris etiam suprapositis in linea XXX<sup>a</sup> ubi scribitur *et hic testis fuit baiulus dicti Arnaldi de Gurbo, episcopi, in eisdem locis, die et anno quo supra.*

*9. Requerido por Pere Marquès, el obispo Bernat de Barcelona confirma y explica ante el notario Jaume de Malvi, de Barcelona, el stabilimentum de sus derechos en la villa de Granollers a favor de Pere. ACA / Cancillería, Pergaminos Jaime II, 10. 1291 julio 30.*

Noverint universi quod die lune que est tercio kalendas augusti, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, in presencia mei, Iacobi de Malvino, notarii publici Barchinone, et testium subscriptorum, Petrus Marchesii obtulit, presentavit et tradidit domino fratri Bernardo, Dei gratia episcopo Barchinone, et etiam legi fecit coram ipso per me, dictum notarium, quandam cedulam papiream in qua erant scripta hec que sequuntur:

Coram vobis domino fratre Bernardo, Dei gratia episcopo Barchinone, proponit Petrus Marchesii quod, comoditate et utilitate ecclesie Barchinone interveniente, vos stabilivistis eidem Petro iura que habebatis in villa de Granullariis ad certum censum et servicium in instrumento stabilimenti comprehensum. Fuit autem comoditas et utilitas dicte ecclesie hec que sequuntur: Est enim certum quod dictus locus seu villa de Granullariis est inter milites quodam modo rebelles et qui usurpant et usurpare intendunt iura episcopalia, contra quos non poterant in quantum eis expediebat deffendi per ecclesiam Barchinone. Dictus autem Petrus Marchesii habet castra et loca iuxta dictam villam et posse deffendi dictum locum cum multitudine hominum suorum circumstantium dicte ville. Item, dictus Petrus Marchesii ante dictum stabilimentum habebat et habet magnum redditum in dicta villa et etiam iurisdiccionem in ipsa, que tenebat et tenet per predictam ecclesiam Barchinone,

unde expediebat dicte ecclesie quod dictum stabilimentum fieret dicto Petro Marchesii ad hoc ut tota iurisdictio quam dicto Petrus Marchesii iam ibi habebat et iurisdictio quam ipsa ecclesia ibi dicebatur habere, et de qua fuerat spoliata bene erant quindecim anni, restauraretur, coadhunaretur et teneretur ab ipso Petro Marchesii per ipsam ecclesiam. Dicta etiam ecclesia non poterat plene dominari in dicta villa, immo inveniebat aliquociens contra dictam ecclesiam aliquos rebellantes qui generaliter denegabant et denegant dictam ecclesiam habere ius in dicta villa. Item, predicta ecclesia nullum recipiebat, tempore dicti stabilimenti, in dicta villa censum nec redditum nec questiam nec servicium. Et dictus Petrus Marchesii facit inde sibi censum et servicium et partem quartam esdevinementorum et etiam homagium, prout in instrumento sui stabilimenti continetur. Item, dictus Petrus Marchesii, ex forma sui stabilimenti tenetur deffendere per se et cum hominibus dicte ville bona et res dicte ecclesie Barchinone quocienscumque a domino episcopo fuerit requisitus. Ex quibus patet quod predictum stabilimentum factum est in utilitatem et comoditatem dicte ecclesie Barchinone, quare potuit fieri ad incrementum ecclesie Barchinone, potissime maiori parte capituli consentiente et subscribente, non obstante quod aliqui simplicitate et animositate ducti per contentionem contradicant. Nam in hoc casu debet plurimorum et sanioris partis consensus seu subscriptio prevalere. Et, quia contractus rite factus est et perfectus, dicto Petro Marchesii in possessionem misso et existente, vos auctoritate propria non potestis nec debetis dictum contractum revocare, rumpere nec irritare nec dare licenciam quod aliquis de canonicis eum turbat in aliquo de premissis, cum ipse Petrus Marchesii sit paratus ius facere in posse vestri cuicumque de ipso ratione dicte rei stabilitate querelanti. Et si forte vos vel capitulum vel aliquis alius contra dictum Petrum Marchesii in possessione existentem et per manum vestram missum procederitis vel procedere velletis aut etiam per aliquem procedi faceretis vel consentiretis aut permitteretis, pro toto et tantis excessibus et gravaminibus, ad dictum archiepiscopum Terrachonensis appellat et instanter apostolos petit, ponens se et dictum locum de Granullariis sub proteccionem et deffensione ipsius domini archiepiscopi.

Et de predictis peccit et rogavit dictus Petrus Marchesii sibi fieri publicum instrumentum per me Iacobum de Malvino, notarium supradictum. Quod est actum die et anno predictis, presentibus testibus, scilicet, Raymundo de Nagera, precentore, Eymerico Bos, Bernardo de Olorda et Petro Mascaronis, canonicis Barchinone, Iacobo Fivelleriis, Iacobo de Cabaneis, Guillelmo Scribe et Bernardo de Sure. Sig+num Iacobi de Malvino, notarii publici Barchinone, qui rogatus predictis interfui et hec scribi feci et clausi die et anno prefixis.

*10. El rey Alfonso II se dirige a los veguers de Barcelona y del Vallès para informarles del stabilimentum realizado por el obispo de Barcelona a favor de Pere Marquès*

*y les manda que hagan respetar los derechos atribuidos a éste. ACA / Cancillería, Registre 90, fol. 11. 1291 agosto 27.*

Iacobus *et cetera*. Dilectis suis vicariis Barchinone et Vallense, presentibus et futuris, salutem *et cetera*. Cum venerabilis episcopus Barchinone stabilivit ad certum censum et servicium dilecto nostro Petro Marchesii quicquid iuris et domini habebat et recipere consuevit in villa et parrochia de Granullariis et induxerit ipsum in possessionem predictorum ut patet per publica instrumenta, mandamus vobis quatenus de dominio et aliis iuribus que dictus episcopus seu predecessores sui in predicto loco et parrochia eiusdem consueverunt et debebant recipere, faciatis dicto Petro Marchesii integre responderi ut in cartis sue adquisicionis videritis contineri, nisi alia iusta causa *et cetera*. Ac ipsum manuteneatis contra quoscumque sibi iniuriam inferre volentes ipso existente parato *et cetera*. Datum ut supra.